Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



omnis gens musicorum prosternat se & adoret statuam
auream. Si quis autem non prostratus adorauerit mittatur in for
nacem ignis ardentis. Sunt igitur uiri iudei qui constituti
sup opera regionis babylonie sydrach. mysach. & abde
nago. uiri isti contempserunt rex decretum tuum. Deos
tuos non colunt. & statuam auream quam erexisti non adorant.
Tunc nabuchodonosor rex in furore & ira precepit ut adduc
erentur sydrach. mysach & abdenago. Qui continuo ad
ducti sunt in conspectu regis. Quibus nabuchodonosor ait.
Verene. sydrach. mysach. & abdenago. deos meos non colitis.
& statuam auream quam constitui non adoratis. Nunc igitur sint
paratis. quatenus hora audiatis sonitum tube. fistule cithare
sambuce psalterii. & symphonie omnis generis musicorum.
prostrati uos & adorate statuam quam feci. Quod si non adoraue
ritis. eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis.
Et quis est deus qui eripiat uos de manu mea. Respon
derunt sydrach. mysach. & abdenago. dixerunt nabu
chodonosor regi. Non oportet nos de hac re respondere
tibi. Ecce enim deus noster quem colimus potest eripere nos de fa
mino ignis ardentis. & de manibus tuis o rex liberare.
Quod si noluerit. notum tibi sit rex. quia deos tuos non colimus.
& statuam auream quam erexisti non adoramus. Tunc nabuchodo
nosor repletus est furore. & aspectus illius immutatus est sup
sydrach. mysach. & abdenago. & precepit ut succenderetur
fornax septuplum quam succendi solebat. uiris fortis
simis de exercitu suo iussit. ut ligatis pedibus sydrach.
mysach. & abdenago. mitterent eos in fornacem ignis ar
dentis. Et continuo uiri illi uincti cum braccis suis. &